



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//  
Canonicvm, Libri Qvatvor**

**Lancellotti, Giovanni Paolo**

**Basileae, 1566**

vij. De Electione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

dem die ad plures sacros ordi-  
nes admiserit, est tandiu ab ordi-  
nandi potestate suspenden-  
dus, donec gratiam meruerit  
obtinere<sup>a</sup>.

*a. dilectus. e-  
xtra. co.*

Vidimus de ordinibus cleri-  
corum, quique ad eos ordines  
admittantur, quive admittendi  
potestatem habeant, & quibus  
temporibus: deinceps videndū  
erit de officijs, & dignitatibus  
eorum, quæ cum electione fre-  
quenter conferantur, prius de  
ipsa electione nobis differen-  
dum est.

DE ELECTIONE,  
TITVLVS VII.

**O**rdinarium est, vt non pos-  
sit quis dignitate, aut mu-  
nere aliquo præcipuo in  
aliquo collegio eminere, nisi ab  
ipso collegio ad id electus sit,  
seu Episcopi, seu alterius Præfe-  
ti nomen affectet<sup>b</sup>. Quin-  
imo & Põtifex ipse Romanus,  
qui vniuersi orbis habenas mo-  
deratur, Christi vicaria opera  
fungens in terris, eò fastigij nõ,  
nisi ex Cardinalium electione  
assumitur: in qua celebranda,  
quæ forma, vel solennitas exi-  
gatur, disertè præscripsit Greg.  
X. in generali concilio Lugdu-  
nenli, & Clemens V. vnde petè  
da est: nã hodie ferè seruat<sup>c</sup>.  
Verùm quia ipse Ro. Põtifex  
eorū primam curam gerit, quæ  
animarum salutem respiciunt,

*b. c. p. extr. co.*

*c. ubi pericu-  
lum in 6. et  
elem. ne Ro-  
mani.*

**A** quibus dum intentus est, cõtin-  
git non nunquã Ecclesiam infa-  
nis perditorum hominum fu-  
roribus & bellis vexari, quibus  
vt forti manu obuiã iri possit,  
Pastore ipso interim à diuinis  
ministerijs non auocato, stre-  
nuo atque impigro duce opus  
erat, atque in Christianum no-  
men propenso, cuius armis &  
prudencia Ecclesiæ hostes com-  
primi possent, atque ita eius du-  
ctu, & auspicijs Ecclesia con-  
quiescere: idcirco Imperator  
Ro. creatur, quem hodie certi  
Principes Germani eligunt, Pon-  
tifex Rom. examine prævio ap-  
probat, inungit, cõsecrat, ac de  
mũ corona donat: aut, si eum tã  
to culmine dignum non iudica-  
rit, quia fortè eũ sacrilegũ, vel  
excommunicatum, fatuum, vel  
hæreticum, aut paganum inue-  
nerit, reiiciendi etiam potesta-  
tem habet, licet etiam concor-  
dib. suffragijs electus esset. Sed  
& cum illos segnes vider, qui-  
bus deligendi Imperatoris po-  
testas competit, potest summus  
Pontifex eorũ incuria animad-  
uersa, quæ in tantè molis nego-  
cio omninò fugiẽda est, ipse ea  
vice hoc eligèdi munere fungi:  
aut, si paria electorũ suffragia di-  
uersos petentiũ viderit, eius ar-  
bitrio cõmittetur, quæ ex eis cõ-  
secrare, & cõtrà donare volu-  
erit<sup>d</sup>. Sed de huius electione ali-  
bi diffusè: noshic de illis electio-  
nib, tractemus, q̄ cuius p̄fecto

*d. c. venerabi-  
lem. extr. de  
elect.*





communes esse possunt.

Principiò igitur scièdam est, tribus modis electionem fieri solere: nam vel omnes, penes quos potestas est eligèdi, repètere quodam quasi diuino spiritu afflari, nemine eorum in diuersa trahente, in eundem eligendum conveniunt, quæ electio in optimos homines Dei voluntate quandoque incidit: aut electores, seu, vt se hoc eligendi onere liberent, seu forte, vt minore turba res exitum fortiatur ( quæ solet plerumque in huiusmodi negotijs oriri ) in aliquos, vel ex suo collegio, vel etiam extraneos homines id muneris ex compromisso ea vice transferunt: aut denique ( quod frequentius contingit ) ipsi singulas omnium sententias inter se exquirentes, eum eligunt, qui crebrioribus prudentiorum calculis opratus fuerit<sup>a</sup>.

Ad Electionem autem faciendam omnes evocandi sunt, quibus suffragiorum ius competit, modò in prouincia sint: nam vel vno omisso, electio infirmari potest<sup>b</sup>. Eligere autem possunt omnes ex illo collegio, cui Pastor, vel minister dandus est, modò idonei sint. Sed excommunicationi illigatus ius eligendi nullum habet<sup>c</sup>: nec quis in cathedrali, aut collegiata Ecclesia, seu seculari, seu re-

gulari suffragiorum ius habet, qui in subdiaconorum ordine receptus non sit<sup>d</sup>: nec qui ad ad eos ordines intra annu, cum posset, promotus non est, quos dignitas, personatusve, aut officium suum exigit<sup>e</sup>: nec qui illi regulæ, cui pastor dandus est, nondum ita se addixit, vt inter professos, vel tacite, vel expresse censerì possit, cum professis deligendo Prælato in Ecclesijs regularibus, vel monasterijs suffragari poterit: nec laici conuersi, vt vocant, cum clericis in comitijs intererunt<sup>f</sup>, quanto minus laici simplices repelluntur enim, quamvis Ecclesia, cui prefectum dare volunt, eorum in patrocinio esset, cõtraria etiam consuetudine non obstante<sup>g</sup>.

Et quisquis electioni de se facte per secularis potestatis abvsum consentit contra Canonicam libertatem, electionis commodo carebit, & ineligibilis fiet, nec absque dispensatione ad aliquam dignitatè eligi valebit. Ac qui electionem huiusmodi, quæ ipso iure irrita censeatur, presumpserint celebrare, ab officijs & beneficijs, per triennium penitus suspenduntur, eligendi tunc potestate priuati<sup>h</sup>. Eligendù quoque vndequaue idoneum esse oportere nemo ambigit.

Suffragia autem pura, certaque esse debent, non sub conditione incertave, aut ambigua, aut alternatiua ferri: inania enim

<sup>a</sup> c. quia propter. extra. eod.

<sup>b</sup> c. bonæ me. primo. extr. eo. c. coram. ubi gl. & c. in genesi.

<sup>c</sup> c. illa quotidiana. ubi doct. ext. co. & c. si ubi doct. de procur. & c. si de cler. excom. minist.

<sup>d</sup> cle. ut bi. de æta. et qual. ubi gl.

<sup>e</sup> cle. ut bi.

<sup>f</sup> ca. ex eo. in prin. & si. cū gl. in 6.

<sup>g</sup> c. sacrosanctia. & ca. Messana et utrobique gl. & doct. Ex co.

<sup>h</sup> c. quisquis. de elect.



nim hæc essent, & nõ modò cæ-  
 terorum vim non impedirent,  
 sed etiã illis accrescerent<sup>a</sup>. Nec  
 suffragium per literas absentis  
 declaratum valeret, licet nullus  
 ex collegio veller ipsius esse p-  
 curator, nec ipse nolente capi-  
 tulo extraneum valeat deputa-  
 re: votum enim non ante scruti-  
 nium, sed in ipso scrutinio fe-  
 cretè, & sigillatim tantummo-  
 dò est exprimendum<sup>b</sup>. Per p-  
 curatorem quidem licebit vo-  
 tum exarare, qui eiusdem colle-  
 gij sit, modò iustè impeditus do-  
 minus absit, quod, si opus fue-  
 rit, iureiurando affirmare eum  
 oportebit, & dummodò ibi sit,  
 vnde vocari eum ad electionè  
 celebrandã oporteat<sup>c</sup>. Procu-  
 rator autem, quem suo nomine  
 legerit, eundem vice domini e-  
 ligere debet, nisi speciali man-  
 dato domini ei præscriptũ sit,  
 quem vice ipsius eligere debe-  
 at<sup>d</sup>. Non tamen necesse est, o-  
 mnium suffragia in vnum con-  
 venire, sed tantum maiorem, sa-  
 nioremque collegij partè. Nec  
 rursus satis fuerit, quem plura  
 competitoribus suis puncta re-  
 tulisse, nisi eadem dimidiam to-  
 tius collegij partem transcen-  
 derent<sup>e</sup>. Cæterum duabus ele-  
 ctionibus factis ea firmissima  
 est electio, quæ oppositam ele-  
 ctionè duplo maiore suffragio-  
 rum numero superarit: hæc en-  
 nim nisi Electorum authorita-  
 te penitùs sublata infirmari ne-

quit, veluti excommunicatio-  
 ne maiore, suspensione, depo-  
 sitione, simonia<sup>f</sup>, aut electi e-  
 normi inscitia, aut simili exce-  
 ptione opposita<sup>g</sup>: alia verò le-  
 uior exceptio electoribus, aut  
 electis opposita nihil oberit, ve-  
 luti si suam ipsorum, aut electi  
 grauitatem, scientiam, integri-  
 tatem illa aduersarij maiorem  
 afferant<sup>h</sup>.

Sed, ne quid vos lateat, hæc  
 forma in electione celebranda  
 obseruatur: imprimis, n. colle-  
 giũ ex suo corpore idoneos ali-  
 quos homines eliget, quorum  
 cura sit, omnium ex collegio sen-  
 tẽtias secretò, & sigillatim exq-  
 rere, & describere, illi mandato  
 perfecto omni cunctatione ob-  
 iecta, quicquid sequutũ fuerit,  
 palàm in collegio recitabunt,  
 quo factò non licebit electori-  
 bus amplius vota sua reuocare,  
 vel mutare<sup>i</sup>. Diuulgatione scru-  
 tini facta in collegio, ipsa suffra-  
 gia sunt inter se conferenda, &  
 quæ plura maiorisq; ponderis  
 fuerint, eligẽda, moxq; electio  
 pronuncianda<sup>k</sup>: ad quod etiã  
 per superiorem, si oportuerit,  
 compelli possunt<sup>l</sup>, nec sufficit  
 electionem aliquo factò, cuius-  
 modi est deportatio, declarata  
 esse<sup>m</sup>. Electione facta ea scri-  
 pturæ publicæ credita electo of-  
 ferri debet<sup>n</sup>, octo dierum spa-  
 cio, ex quo id commodè po-  
 test, eiusque consensus peti:  
 quod spacium Nicolaus III.

*f. c. p. ext. cod.*

*g. c. cum nobis, de elect.*

*h. c. si quando, in 6.*

*i. c. publicato, extra.*

*k. d. c. quia propter in pri. & fin.*

*l. d. c. publicato.*

*m. c. Ecclesia uestra in princ. ubi Deft.*

*n. c. cupientes. S. cæterum & in prin. in 6.*



præfixit, cum nullus olim terminus definitus esset, sed ius dicentis arbitrio relinqueretur: ille verò acceptis electionis suæ codicillis, intra mensem assensum suum, si eum acceptet, præstare tenetur, nisi Prælati alicuius, cui subsit, venia non impetrata, nefas ei sit electionem agnoscere: huic enim tantum temporis præter supra dictum mensem indulgetur, quantum satis esse credatur licentiæ à Prælato impetrandæ, considerata ipsius Prælati longinquitate.<sup>b</sup> Quòd si electioni cõsenserit, eam à Prælato, cui ea dignitas, vel officium, vel sacerdotium subest, confirmari curabit: quo autem tempore id fieri debeat, multoties variatum est, ut infra suo loco dicemus.<sup>c</sup>

Electio autem ipsius negotium, qua Cathedralibus, vel regularibus Ecclesijs Præfectus quæritur, tribus mensibus ab interregni die est absolvendum, si ea sit suprema illius Ecclesiæ Præfectura: sin alia dignitas post supremam sit, in alijs autem Ecclesijs quævis dignitas, semestri tempus habent: largius enim tempus in his concessum fuit, quia minus periculum in horum vacatione versatur, quam supra dictorum.<sup>d</sup>

Hæc tamen tempora neque iusta causa impeditis, neque dignitatis vacantis scientiam non habentibus labentur<sup>e</sup>; si verò

nulla iusta causa impediti hi, quibus eligendi ius competit, hæc tempora labi permiserint, electione non facta, ad proximum Antistitem devoluetur electio cum iisdem temporum spatij: quibus item frustra lapsis, in eum Canonicè animadvertetur<sup>f</sup>, atque ad superiorem eius prælatum immediatè transferetur<sup>g</sup>. Sed olim in eligendo Episcopo negligentia summus Pontifex supplebat<sup>h</sup>, hodie autem supplebit quidem, si indignus quis designatus, vel forma à Concilio tradita ommissa sit: secus si per negligentiam electio dilata, idque in Cathedralibus duntaxat Ecclesijs, in alijs autem Ecclesijs nunquam immediatè summus Pontifex aditur, sed supra dicta servanda sunt<sup>i</sup>. Et hæc de Electione, quæ ex scrutinio fit: pauca etiam dicamus de illa, quæ ex compromisso celebratur.

In qua non minus hoc observatur, quòd si à maiori parte eorum, in quos compromissum est, celebrata fuerit, mandati forma ad vnguem servata, non poterit electus recusari<sup>k</sup>. Compromissum tamen per omnes factum esse oportet nemine discrepante<sup>l</sup>, & ante electionem fieri oportet: nam compromissum post electionem factum in præiudicium electi, laudumque ex eo sequutum, electo nihil nocet<sup>m</sup>. Si illi, in quos compromis-

<sup>a</sup> c. quàm sit. in 6. ubi gl. uerfi. quàm ciuils.

<sup>b</sup> d. c. quàm sit. ubi glo. uer. conditio. in fi. c. si religio. sus.

<sup>c</sup> in tit. de cõfirmat. electi.

<sup>d</sup> c. ne pro defectu. de electi. c. 2. ubi Ab. de concess. præb.

<sup>e</sup> c. quia diuersitatē. de cõcess. præb.

<sup>f</sup> d. c. ne pro defectu. ubi Ab. nu. 6. <sup>g</sup> Ab. d. c. ne pro defectu. c. d. c. 2. n. 6. <sup>h</sup> glo. d. c. ne pro defectu. uerfi. deuoluetur.

<sup>i</sup> d. ca. quia propter. ca. quanquam. ubi gl. uerfi. deuoluetur. in fi. in 6.

<sup>k</sup> c. cum dilectus. ubi Ab. bas. extra. cod.

<sup>l</sup> Ab. d. c. quia propter. d. uel saltē. n. 2.

<sup>m</sup> c. cum inter Canonicos. ext. co.



missum est, tempora iuris labi A  
permiserint nulla electione fa-  
cta, compromittentium Anti-  
stes non minùs hoc casu adiri  
debet, quàm si ipsismet cõpro-  
mittentibus ea negligentia ad-  
scribi posset. At si indignum  
elegerint cõpromissarij, ad cõ-  
promittentes electionis ius re-  
dibit, nisi & ipsi eandem electi-  
onem ratam habuissent. Quod  
iuris seruabitur, & cum electus  
vir alioqui idoneus electioni  
non consentit: nam & hoc casu  
compromittentes alium elige-  
re poterunt<sup>a</sup>. Electio ex com-  
promisso à pluribus facta, non  
minùs per vnum proferri de-  
bet, quàm quæ ex scrutinio ce-  
lebratur<sup>b</sup>. Si contingat ele-  
ctum minimè assentiri electio-  
ni de se factæ, vel post consen-  
sum iam præstitum ei renunci-  
are, aut deeedere, aut eius ele-  
ctionem deleri, aliquo fortè e-  
ius vitio, quod prius latuerat,  
emergente, quoties id conti-  
gerit, tantundem electores tem-  
poris habebunt à dissensu, re-  
nunciatione, morte, vel irrita-  
tione ad aliam electionem fa-  
ciendam, quantum in prima e-  
lectione habuerant, nisi aliquo  
dolo ipsi notari possint<sup>c</sup>.

Qui duabus electionibus ad  
idem ius optatus fuerit, vtram  
ex eis voluerit, eligere eum  
oportebit, altera ommissa, ad  
quam reditus posthac non da-  
bitur<sup>d</sup>.

In electionibus autè monia-  
lium, quæ suo monasterio præ-  
esse debêt, siue ex scrutinio, seu  
ex cõpromisso fiant, præcipua  
quædam iura statuit Bonifaci-  
us octauus, quæ hic non referi-  
mus<sup>e</sup>.

Cæterùm, quia sepe existunt  
litigiosi homines, qui vel inui-  
dia, vel odio, vel avaritia quan-  
doque inducti potius, quàm rei  
Ecclesiasticæ bene agendæ stu-  
dio electiones rectè & ritè fa-  
ctas omnibus, vt ita dicam, ma-  
chinis disturbare conantur, pro-  
pterea, ne his ad nequitiam fe-  
nestra aperiatur, certæ poenæ  
statutæ sunt aduersus huiusmo-  
di calumniarũ machinatores: si  
quis enim per calumniam con-  
tra electionis formam opposue-  
rit, aduersario expensas & di-  
spendia propter litem suscepta  
sarcire cogetur: at si in personã  
fuerit calumniatus, beneficijs  
Ecclesiasticis, si quæ in Ecclesia  
possidebat<sup>f</sup>, triennio carere co-  
getur: quibus se temerè ingerès  
perpetuò spoliabitur citra om-  
nem vitæ spem, nisi manife-  
stis probationibus se à calum-  
nia purgarit, multa que alia in  
hancrè prudèter provisã sunt,  
tam per Bonifacium octauũ, &  
Clementem tertium, quàm per  
alios Romanos Põtifices<sup>h</sup>, quæ  
hic consultò missa sunt, ne ty-  
rones multiplicitate doctrinæ  
oneremus.

Illud non prætermittam, In

<sup>e</sup> c. indemnita-  
tib. in 6.

<sup>f</sup> glo. c. pri-  
mo. §. si. ue-  
sic. benefi-  
ciji. in 6.

<sup>g</sup> c. p. §. sine  
in 6.

<sup>h</sup> e. ut circa  
c. qui cõtra  
c. procura-  
tor. in 6. et  
ele. cõfirm.  
co. lib.

<sup>a</sup> c. si cõpro-  
missarius.  
eo. tit. in 6.

<sup>b</sup> c. sicut. in 6.

<sup>c</sup> c. si electio.  
in 6.

<sup>d</sup> c. ut quis. in  
6.



causis super electionibus proce-  
di simpliciter & de plano, sine  
strepitu & figura iudicij<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> *de. dispen-  
diosan. de  
iudic.*

DE POSTVLATIONE  
Prælatorum, & Nomi-  
natione,

TITVLVS VIII.

**E**xistunt interdum viri, quo-  
rum optimæ artes magno  
vfu essent Ecclesijs, veluti  
literarum doctrina, magnus re-  
rum vsus, & morum vitæq; inte-  
gritas, verum aliquid in eis desi-  
deratur, quod impedimêto est,  
ne Ecclesijs præfici possint: qua  
propter ne hac causa Ecclesia i-  
doneis careat, compertum est,  
vt hosce viros collegium vtili-  
tatis publicæ gratia, ab Antisti-  
tibus sibi Prælatos dari petat,  
quæ res iure nostro Postulatio  
vocatur. Ita enim Antistites hu-  
iusce rei causâ aditi, egregijs  
eorum, qui postulantur, mori-  
bus, & disciplinis moti, postula-  
tionem admittent, si eis ita vi-  
debitur: post quod (vt eviterur  
circuitus, & Ecclesiarum dispê-  
dium) alia electione, vel confir-  
matione postularus nõ indige-  
bit, sed omne ius consequetur,  
non secus ac si electus, & cõfir-  
matus fuisset<sup>b</sup>.

<sup>b</sup> *Ab. c. p. col.  
fi. n. 34. ex  
tra. de po-  
stul.*

Hinc apparet, nihil aliud esse  
Postulationem, quàm concor-  
dem, & certam supplicemque  
collegij petitionem Antistiti fa-  
ctam eius personæ, quæ aliquo

A defectu ad regendam vel admi-  
nistrandam Ecclesiam admitti  
non poterat<sup>c</sup>. Quod de solen-  
ni Postulatione dictum intelli-  
gimus, id est, de ea, quæ ad Præ-  
latum ipsum rectâ intenditur,  
qui potest omne Postulati impe-  
dimêtum remouere: nam &  
alia quædam Postulatio est, quæ  
simplex appellatur, quia nullâ  
solemnitatem desiderat, sed ei  
fit, cuius consensus necessarius  
erat, vt promoueri quis posset,  
vir alioqui vndequaue idone-  
us: fortè enim eius intererat,  
hunc eo inconsulto nõ promo-  
ueri. Ex epli gratia, Interest Ab-  
batis, ne ipso invito eius mona-  
chus ad Episcopatum assuma-  
tur: interesse potest patris, ne i-  
pso ignorante eius filius Eccle-  
siæ præficiatur: horû igitur con-  
sensus per simplicem postula-  
tionem erit petendus: quæ si po-  
stulatio fuerit admissa, adhuc ta-  
men electione & confirmatio-  
ne opus erit<sup>d</sup>: neque enim hæc  
postulatio simplex illi superio-  
ri par est iudicanda, cum illam  
electionis & cõfirmationis vim  
secum trahere dixerimus, vt om-  
nis ambitus evitetur. Postu-  
landi autem solenniter sunt, vt  
diximus, quibus aliquod impe-  
dimêtum obstat, ne eligantur:  
veluti Episcopus, vt ad alium  
Episcopatum transferatur, po-  
stulandus est. Item, qui vel æta-  
tis, vel ordinis, vel irregularita-  
tis, vel criminis, vel natalium,  
vel

<sup>c</sup> *Abb. in Ru-  
bri.*

<sup>d</sup> *Abb. c. p.  
col. fi.*